

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Eidem, Legato Pontificio. Viennam. Epist. IX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-198567

terarum divitiæ sunt; quod homines eleganti iudicio sanaque præditi mente opinantur; nemo, inquam, optime Augustine, te ditior est. Nec verò de tuis copiis multum imminues, si, quod futurum speramus, inopiæ nostræ subveneris. Qui si etiam nobiscum plurima communicares; multò id tamen, quod dares, minus esset, quàm quantum tibi, libris assidue tractandis, quotidie quæritur. Verum modeste tecum agimus; petimus à te minima de maximis; itaque facile impetrabimus. Vale. Venetiis.

EIDEM, LEGATO PONTIFICIO. VIENNAM.

EPIST. IX.

Gratulatur Anton. Augustino de legatione ipsi delata, veritus ne bonæ literæ, ipsa ad aliud vitæ genus translato, iacturam faciant.

2. Hortatur illum ad edendum Festum, & alia, quæ jam charis explicavit.

Quia mihi honore tuo nihil est antiquius, propterea non mediocrem cepi lætitiā: tibi quæsum absentigratulatus, quò primum tempore de legatione tibi delata ab Romanorum Rege, tum ex amicorum literis, tum ex multorum sermonibus cognovi. Illud, ut verè dicam, molestiæ non nihil adpersit, quod veritus sum, ne nostræ literæ, quibus, in urbe dum vivis, tua studia splendorem, & utilitatem addunt, te discedente, & in Austriam usque

ad

ad lo
plur
ris:
fit in
nere
gau
am v
hoc
men
dibi
à te
te ex
perp
tum
tisfa
bis e
illo
tam
mus
cili
tua
per
Rog
stud
non
Qu
doe
bilib
fio,
mn
ego

ad longè diversum vitæ genus translato, jacturæ plurimum facerent. Quod si, secus esse, significaveris: (jam enim veraris in ipsa re, quæq; tua futura sit in universo ferè munere occupatio, uluste monere, & erudire facillè potest) cumularis mea gaudia, & habebis gratiam iis, quibus honestare tuam virtutem his honoris insignibus, nullo nostro, hoc est, artium, doctrinarumqve liberalium, detrimento, curæ fuit. Ac primum illud, pro meo incredibili erga antiquitatem studio, etiam atqve etiam à te petam, vel potius, quando pollicitus jam es, à te exigam, ut Festum Pompejum tua emendatione perpolias, atqve illustres; aut si habes ita emendatum, ut tibi, acerrimi ac severissimi judicii viro, satisfaciat, edendum omninò cures, neq; deberi nobis eam utilitatem diutius patiari, quam cum in illo verè aureo libro dispersam videamus, colligere tamen vix possumus, vel planè nullo modo possumus, locorum, ut scis, penè innumerabilium difficili scientia impediti. Benè collocabitur industria tua: & hunc sibi comitem adjungi, ne solus eat, per ora virum, Varro tuus æquo animo patietur, Rogandus non es in tua laude, communi præsertim studiosorum commodo conjuncta: tu, si de illa non laboras, hoc saltem commovere te debeat. Quod utinam aut mihi cum hac mente pars aliqua doctrinæ tuæ, aut tibi mea mens, & planè incredibilis ad communicandam virtutem animi propensio, cum ista tam exquisita, tamqve multiplici omnium præne literarum scientia contigisset. Næ ego, quod ad me attinet, multa non finerem ignorari,

rari, quæ scire præclarum est, quæque in tenebris, nisi tu eruas, perpetuò jacebunt. Nec tamen persuadere mihi possum, te velle nobis tam iniquum esse, ut tantam doctrinam, si quid tibi accidat humanitus (homines enim sumus: nec ego mihi, nec tu tibi de vitæ diuturnitate præstare quidquam possumus) extinguere tecum velis. Qui ea, quæ chartis jam, & voluminibus explicasti? cur diutius premis, optime Augustine? cur ex ingenii tui fontibus expleri nostram sitim non vis? sed, opinor, aliquando facies: & faveo libenter meæ spei, paulò minus, quam tuæ gloriæ; cui scio me optime consulere, cum hæc ad te scribo. De me, si quæris; vexamur oculorum anniversario morbo: nec tamen labori parcimus: scribimus aliquid quotidiè, aut legenti puero operam damus: aliquo fortasse valetudinis damno: sed nihil est tanti, ut à literarum suavissima consuetudine se jungar. Onuphrius Panvinus, ille antiquitatis heluo, spectatæ juvenis industriæ, & ingenio, ut probitate, præstans, hîc est, eritque; ut video, in aliquot menses. Imprimit suos Fastos cum commentariis; & interim adornat alia. Sæpè litigat obscuris de rebus cum Sigonio nostro. Sed utriusque bonitas, mutuus amor excellens, ad cognoscendam veritatem iudicium facit, ut inter eos facillè conveniat. Sigonium de facie non nosti: ejus tamen scripta, non dubito, quin legeris. Ea doctrinam, & ingenium declarant: humanitatis, & studii erga te tuique similes testis ego sum: quem debes ipsum. Suo merito, præterea tuæ præconem eruditionis, diligere. Vale, Venerabilis.

El-

sum
illust

U

sing

lere

ptur

aula

nec

mis

gan

fallo

usq

res,

illu

vast

les

quis

aut

qua

qua

hil

cog

Val